Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift

constituti. in eos quos dominus redemit. luporum
utuntur rabie. non canum defensione. Luctus
quoque iste penitentium est qui satane laqueos
euadere cupiunt. cuius dominio subiugati sunt.
Heretici quoque serui peccatorum dominantur eis quos de
ceperunt. et seruos faciunt uiciorum. et interim
dum nemo est qui absoluat eos. quia errorum dogma
tibus irretiti sunt. In manibus nostris afferebamus
panem nobis a facie gladii in deserto. Allegoria.
In manibus nostris et cetera. Felix anima que tam ar
denter petit panem uite. scripture scilicet et
uirtutum. quem acquirit a facie gladii soli
tudinis. id est cauendo. et timendo a b insi
diis diaboli. contra hunc gladium oppo
nendo scutum fidei. ut saluetur a facie percus
soris. de quo dicitur: Ante faciem eius paradysus.
et post eum solitudo deserti. quia antequam fide
lem animam irrumpat. uirtutibus floret
quasi paradysus. sed eius afflatu siccatur et in
desertum redigitur. Relinquitur a deo quod sub
plantatur a diabolo. Hystoria. In manibus
nostris et cetera. Inmissi laboris uexatio describitur
cum tam anima quam corpus laborare osten